



REGESTA
CHRONOLOGICO-DIPLOMATICA.

REGESTA
CHRONOLOGICO-
DIPLOMATICA





IN QVIBVS RECENSENTVR
OMNIS GENERIS
MONVMENTA ET DOCVMENTA PVBLICA

vti ſunt

Tabulae Conuentionum, Foederum, Pacis, Armiſtitiorum, Mutuae
amicitiae, Neutrarum partium, Commerciorum, Transactionum, Emtionum
Venditionum, Permutationum, Obligationum, Oppignorationum,
Donationum, Diuiſionum, Incorporationum,

nec non

Capitulationes; Concordata, Sanctiones Pragmaticae, Pacta
Conuenta, Conſtitutiones, Praecepta, Placita, Edicta, Decreta, Bullae,
Reſcripta, Mandata, Protectoria, Conſeruatoria, Panchartae,
Conceſſiones, Fundationes, Dotationes, aliaque priuilegia & Immunitates

Litterae item *Feudales, Clientelares, Homagiales, Reuerſales,*
Compromiſſoriales, Refutatoriae, Reſtitutoriae, Ratificatoriae, Reſeruationis
iurium & Proteſtationum; Pacta quoque matrimonialia, dotalia,
Diuiſionis hereditatum, Fideicommiſſa, Teſtamenta, Codicilli, Res
iudicatae, Sententiae arbitrales;

ET QVAE SVNT ALIA PVBLICO NOMINE
AC SOLENNITER ACTA LITTERISQVE CONSIGNATA
RERVM PRAECIPVE GERMANICARVM PRAESIDIA

Omnia in ſummas ſuas contraxit, iuxta annorum dierumque,
quos praeferunt, ſeriem digeſſit,

TEMPORISQVE SVBNOTATIONES MEDII AEVI MORE
EXPRESSAS
CVM NOSTRO COMPVTANDI MODO COMPOSVIT

PETRVS GEORGISCH
PHIL. ET IVR. VTR. DOCT.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE ANNO MDCCXXXX.

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

PETRVS GEORGISCH

PH. ET I. V. D.



Vm ad Iuris & Hiſtoriarum ſtudia prouehenda verſor in edendis Regeſtis hiſce Chronologico-Diplomaticis, non Te multis morabor, B. L. in demonſtranda & praedicanda veterum diplomatum, aliorumque monumentorum publicorum, vtilitate, quam praeſtant maxima. Hanc enim iam ante nos ſatis luculenter expoſuerunt, & pro dignitate ſua abunde commendarunt viri magni nominis & de re litteraria meritiſſimi; ex quibus ſatis eſt nominaſſe decora illa Germaniae, illuſtres viros, LEIBNITIVM, LVDEWIGIVMque. (*) Sane quam maxime perſuaſum mihi habeo, iis, qui has eruditionis partes ſcienter excolunt, recteque, facile intellectu fore, qualem iſta ipſis ſuisque ſtudiis vſum praeſtent, quantumque adiumenti inde acceſſurum ſit rei Hiſtorico-Diplomaticae rationibus, praeſertim ſi inſtitutum hoc, quod meditamur, plures inuenerit, qui in eandem curam ſe excitari patiantur, doctos adiutores. Non tamen poſſum, quin pauca quaedam hic praemoneam, vel ſaltem ſummo, quod aiunt, digito praemonſtrem, tum de ſtatu & indole rei noſtrae Hiſtorico-Diplomaticae generatim, tum de conſilio & ſcopo ſuſcepti huius laboris, apud harum rerum intelligentes vti vtiliſſimi, diuque deſiderati, ſic non vna, eaque fere inextricabili difficultate circumſepti. Hoc dum facio, gratiam aliquam me initurum eſſe ſpero apud illos, qui rerum harum non ſatis gnari, alioquin ad ſiniſtre de iis iudicium ferendum nimis prolabi poſſent praecipites: quid quod velim non ignoretur ab his, quorum forte ex aliis cauſis intereſſe poteſt, me, dum haec ago, & in opere laborioſiſſimo occupor, non plane nihil rei hiſtoricae rationibus lucis & emolumenti afferre intendere.

Seculi noſtri is eſt genius, illa conſuetudo, vt qui animum ad ſcribendas hiſtorias applicant, non amplius, vti quidem olim, ſimplices narrationes, nullis documentis & probationibus obfirmatas, dare ſuſtineant; quem laudabilem morem & ipſa natura hiſtoricae diſciplinae, praeſertim in remotioribus temporibus locisque requirere videtur. Equidem ſolius ſcribentis auctoritas ad fidem faciendam ſufficere vtcunque poteſt in iis, qui de rebus ſuorum temporum commentantur, praeſertim ſi auctor in rerum luce verſatus ſcire poſſit, quae poſteris tradat. Aliter tamen res ſeſe habet in antiquioribus & ab noſtra memoria remotis; & vix dici poteſt, quam intolerandos errores nimia fiducia, ex ingenio magis aut praeiudicio, quam rerum habitu, ſcribentium pepererit, qui ſubinde propagati non potuerunt non ipſum tandem hiſtoriarum corpus inficere. Cum enim poſt renatas in Germania litteras iis, qui hiſtoriae patriae operam ſuam dicabant, ſolenne eſſet, ex auctoribus & documentis, quibus vtebantur, ſuccum ſaltem exprimere, iisque modo addere quid, modo detrahere, prouti verbo-

(*) ILLVM in Praefatione *Codicis Iur. Gent. Diplomatici*; HVNC in Praefamine vberiori ad *Reliquias MSCtorum atque Diplomatum omnis aeui*, Tom. I.

rum elegantia, cui magis, quam rebus ipsis, aliqui studebant, id postulare videbatur: factum est, vt ceteroquin parum curiosi essent, qui dictis fidem facerent, noui & fallaces auctores potius, quam fideles recitatores futuri. Hi sane, dum ita verba, ceu rerum signa, immutabant pro lubitu, resque verbis magis, quam verba rebus subiiciebant, status publici illius temporis haud satis gnari, vna cum verbis res ipsas inuerterunt, perturbaruntque. Neque, cum haud nominarent, vnde hauserant, fontes, & auctores suos laudarent rarissime, vel summatim saltem, plerique autem studiose reticerent; ita in promtu erat, veritatem indagare, exque ipsis fontibus eruere. Certe tot regnarunt hactenus in libellis ac systematibus patriae historiae et iuris prudentiae errores ac menda, quae tam altas radices egere, vt animis hominum vix dum, quid quid pro iis eradicandis tot tantique viri adhuc laborarunt, iterum euelli possint. Multi quidem eiusmodi errorum hisce nostris temporibus paulatim detecti sunt, multa vtilia nouiter addita, in maiorem lucem collocata plurima, postquam nostrorum temporum felicitas dictis scriptisue fidem facere iubet testimoniorum laudatione curatiori; hincque copia data est lectoribus, procul habito omni auctoritatis praeiudicio, ad examen vocandi dicta atque asserta singula.

Interim tamen non fore credo quemquam, qui dicat, ita plana explicataque iam nunc esse omnia, vt vlteriori cura & penitiori inuestigatione vix opus sit; quin omnes, vel leuiter saltem hac in re versati ipsi persentiant, doleantque, quod in tanta superiorum temporum barbarie, scriptorumque paucitate tam multa adhuc superent dubitationis plena, maleque cohaerentia, quae, vt rectius constent, nostra haud parum intersit. Restant sane, quae nos adhuc dum ancipites tenent, & in errores prolabi sinunt, plurima, scriptoribus medii aeui vel praetermissa, vel describentium oscitantia corrupta atque vitiata, quorumque adeo medela aliunde exspectanda est. Frustra autem exspectabitur, nisi quid auxilii fuerit in diplomatibus chartisque & documentis, ceu altero probationis fonte & praesidio. Scilicet, vt propius iam ad rem praesentem veniamus, in ea me profiteor esse haeresi, vt credam, omnia tunc rectius se habitura, constituraque certius, quando antiquarum tabularum, aliorumque superioris aeui monumentorum maior vsus esse incipiet, quam quidem adhuc fuit, vel esse potuit. Haec enim, si cum rerum nostrarum annalibus, ceterisque medii aeui scriptoribus, apte coniungentur, persaepe suppeditabunt, id quod ab istis frustra requisiueris; certe maximus harum tabularum vsus erit, si quando quaeri debet de tempore facti alicuius maioris momenti, cuius diem & consulem rerum nostrarum scriptores, tam minutam chronologiam non sectantes, praesaepe reticuere. Taceo iam, quam multa & varia patrii iuris & antiquitatum capita attingant & explicent ista veteris aeui diplomata & monumenta publica; nec vacat demonstrare, qui ab eorum auctoritate ius in integras regiones vel magni momenti regalia, saepe pendeat; quod vel tot illustres plane disceptationes, me haud monente, satis abundeque testantur. Agnouerunt vtilitatem hanc, per omnes iuris & historiae partes se diffundentem, nostris patrumque nostrorum temporibus tot tantique eruditissimi viri vsque adeo, vt eiusmodi chartas studiose conquirendas putarent, & quae olim inuide supprimebantur, & tanquam sibyllini libri in occulto habebantur, acta monumentaque publica ex archiuorum conseptis protraherent, pluriumque insinuarent notitiae vsuique. Ita vero cum fieret, sicque tot exhaurirentur archiua et polyptycha, tot euulgarentur chartularia, breui tempore congesta est tam immensa veterum instrumentorum moles, numerusque eorum ita succreuit subinde, vt, quae ante centum admodum annos tanta adhuc egestate laborabat res diplomatica, nunc mole sua & immensitate fere ruat, supprimaturque. Vera sunt, quae iam dixi, & experientia apud illos, qui tabulas istas legere & peruestigare opus habent,

bent, adeo comprobata omnia, vt in tanta earum immensitate per aliquot millia librorum hinc inde dispersa, saepe dubii haereamus, vbinam hoc vel illud legerimus, vel in quo demum volumine quaeramus, si quod in vsus nostros conuertendum, & in testimonium vocandum fuerit. Neque in tanta editorum numerositate tam fidae memoriae virum esse credo quemquam, qui, si qua charta vel membrana ipsi ad manus veniat, statim dicere possit, num illa iamiam edita sit, nec ne, num bis, ter, quaterue, vel quinquies apud hos illosue iam exstet typis expressa; vtrum is, qui diploma nobiscum communicauit, tabulas authenticas, an tantummodo exemplum, ad manus habuerit.

Equidem bene adhuc se haberent omnia vtcunque, et gratulari nobis possemus omnino de insigni accessione, quae & historiis & ceteris disciplinis horum monumentorum publicatione facta fuit, si ea, quam diximus, tantummodo esset conditio rei diplomaticae atque indoles. Sed cum plerique multa potius, quam certa protruserint, multi, quae bis terue iam exstabant ante ipsos, vel quartum dederint, dederintque, quod ex authenticis alii dederant, ipsi iterum ex exemplis, omni fide destitutis, vel transcriberent persaepe, & subinde vitiosissime, ex libris rarioribus & peregrinis; vix dici potest, quam multis difficultatibus implicata inde fuerit res nostra diplomatica, lectoresque in fluctus ambiguae dubitationis immissi sint. Nec reticenda hic est vetus querela, quae innumera veteris aeui diplomata falsitatis accusat, atque suppositionis. Notissima est impostorum illorum & veterum nebulonum in confingendis diplomatibus solertia, mirumque artificium: quod tam multa bella, vt vocant, diplomatica inde exorta clarius vtique testantur, quam vt quis ea de re dubitare possit vlterius. Quis enim est, quem lateat, innumera diplomata tot incendiis & deuastationibus superiorum temporum vel conflagrasse vel hostiliter direpta esse, hasque archiuorum iacturas iterum resartas esse chartis confictitiis ab monachis, hominibus, vt erant plurimum sagacissimis. Sic itaque, cum vix dimidia pars eorum, quae supersunt, genuina atque integra sint, reliqua supposititiae merces; interim tamen negandum non erit, quod ex singulis seculis singulorum imperatorum & principum tabulae quaedam integrae ac plenae fidei haberi possint: quisque facili negotio animaduertet, rem eo rediisse, vt in hac parte praecipuam dare debeamus operam non modo; ne falsum pro vero temere arripiamus, vel verum pro falso facile reiiciamus, sed &, vt, quae tam frequenter in copias irrepsere, menda deleamus, corrigamusque quam fieri potest diligentissime. Sed qua via demum, quibusue mediis, vera à falsis, genuina à suppositititiis secernenda sint, non est vna omnium eademque sententia. Alii enim multum iactitant artem quandam diplomaticam, quae cuiuis diplomati iustum pretium statuere, & fidem, vti quodque meretur, vel confirmare, vel conuellere satagat: cui e contrario alii parum vel nihil tribuunt, persuasumque sibi habent, quod nec Cl. MABILLONIVS nec Reuerendiss. BESSELIVS talem nobis artem criticam tradiderint, quae ad deprehendendas omnes impostorum fraudes sufficere possit. Quin potius confidenter asserant, eiusdem artis regulas tantum non omnes tam infirmo stare talo, vt vel subrui vel labefactari facillimo negotio possint.

Quae cum ita sint, sunt autem quammaxime, quaeri nunc debet omnino, quid demum consilii supersit, vt verum à falso, subdititia a genuinis, secernamus recte & cum successu? Respondeo. Conferenda esse diplomata cum annalibus, chronicis, rerumque gestarum commentariis. Ex his enim saepenumero potentissima submissa nobis iam sunt auxilia, quibus multas impostorum fraudes deteximus, falsa dissipauimus, vt fumos & vapores. Hoc quippe cum fecerimus, accurate, vtrum conueniant inter se, an diffideant, obseruabimus, clarumque fiet admodum, num diplomata, de quorum valore quaeritur, iuribus publicis & priuatis, & ecclesiasticae disciplinae, & fidei memoriae publicae vel consentanea sint, vel contraria hisce contineant.

neant. Conferantur etiam vlterius ipsa diplomata inter se, non solum vnius eiusdemque temporis plura, sed, quod vtilissimum futurum esse credo, quotquot eorum haberi possunt, & per innumeros libros sparsa sunt, omnia, ex locis remotioribus quoque & longo interuallo disiunctis in auxilium vocentur. Certe, si vnquam, tunc demum patebit luculentius, quid de valore, quem quodque meretur, statuendum pronunciandumque sit.

Verum enim vero ecquis est, qui, dum haec legit, non statim ipse videat, quid factu opus sit, & in quonam totius rei cardo vertatur voluaturque. Scilicet id requiri ante omnia, vt contexantur certi quidam indices & catalogi diplomatum, chartarum, aliorumque veteris aeui monumentorum, si quidem fieri posset, omnium, quotquot ex archiuis, monasteriorum chartulariis, vel priuatorum scriniis ad hoc tempus eruta, publicisque typis impressa inordinate vagantur per aliquot mille libros sparsa & disseminata, quo magis seruatis temporum ordinibus vno in conspectu se sistant nobis omnia. Cuius rei utilitatem cum quilibet facile animaduertat, penitusque perspiciat, vel me non monente: id saltem B. L. ignorare nolim, nos non solos esse illos, qui eius rei desiderio tenemur, vrgemurque. Multi iam pridem ante nos idem senserunt magni inter eruditos nominis viri, quorum alii concinnandis eiusmodi indicibus consilia suppeditarunt, alii vel ipsi eorundem adornandorum publicisque typis euulgandorum spem fecere vice non simplici. Sic Cl. Dn. BVDERVS in singulari epistola, ad R. PEZIVM data, consilium aperuit, de scribenda *Bibliotheca Diplomatica*, qui & ipse in Bibliotheca Scriptor. Rer. Germ. Corpori Historiae Germanicae Struuiano praemissa, testatur iam olim *Godofr.* RÜHLMANNVM, hoc saxum voluisse. Eadem cura aliquando tenuit Ill. MOSERVM & R. Vir. I. I. RABIVM, & forte alios plures; in eundem censum quam maxime etiam veniunt, quae apud Ill. I. I. MASCOVIVM ipsi mihi videre licuit tria grandioris formae volumina, indefesso labore & industria, in vsus tamen priuatos tantum conscripta. Sed cum alios varia impedimenta, alios grauiora forte negotia, iterum auerterent, alios denique difficultas laboris deterreret, quo minus coepta perficerent, suisque starent promissis: eo maiorem apud cordatos & prudentes harum rerum aestimatores gratiam me initurum esse spero, si, quod toties promissum, toties speratum, inque mille votis habitum est, ipse publice darem vtcunque, defectuique huic aliquo modo subuenirem.

Facturus itaque ea de re periculum volui ac reuolui haud parua mea opera varia ac vasta codicum diplomaticorum, annalium & historiarum volumina, & quotquot in iis inueniebam monumenta & documenta publica in summas & argumenta contraxi & aerumnoso labore collegi omnia. Data, quae vocant, siue subnotationes temporum, iisdem fere, quibus in monumentis ipsis expressae erant, verbis exhibui, dies mensium tam iuxta Calendarium Romanum, quam ad medii aeui morem, hoc est, secundum festa mobilia, immobiliaque notatas, cum nostro computandi modo composui, omniaque iuxta annorum, dierum ac mensium, quos prae se ferunt, seriem digessi atque ordinaui, quantum licuit studiosissime. Huic rei cum per aliquot annos insudassem, animaduerteremque, horum argumentorum numerum, simul cum impensis in eandem rem faciendis, nimium quantum augeri, & tam immensam veterum instrumentorum molem simul & simplici vice dari vix posse; nec deessent, qui idem suadebant, viri doctissimi, rectique de doctrinarum studiis sensus; ratum tandem soluendam esse credidi, preloque subdendum, quod parueram in re sic satis ardua, quaeque, vel ipsa sua natura opus ex omni parte absolutum & perfectum sat sero vel nunquam dari permittit. Interim in magnis desideriis satius esse duxi, aliqua parte eorum frui, quam nulla. Et licet ingenio meo parum tribuam, nec sit fortasse, qui mihi, quam ego, tribuat minus: tamen pro certo teneo, Regesta nostra indices & monstratores viae futuros esse non simplici vice in tenebricosis temporibus, desertisque locis; nec defuturos credo doctissimos atque litteratissimos viros, qui tandem perpoliant, perficiantque, quod nos hic saltem informauimus.

Ceterum si hoc qualecunque institutum TVO B. L. fauore ac approbatione dignum inuentum fuerit, alterum horum Regestorum volumen, quod ad finem vsque seculi P. C. N. decimi quinti progreditur, proxime futuris nundinis autumnalibus insecuturum esse, fide sic publice data satis Tibi cautum esse credas. Hisce interim fruere feliciter. Dabam e museo die IV. Maii A. D. N. MDCCXL.

REGESTA



REGESTA
CHRONOLOGICO-DIPLOMATICA.
SIVE
RERVM GERMANICARVM PRAESIDIA DIPLOMATA
IN SVMMAS SVAS CONTRACTA IVXTAQVE TEMPORVM SERIEM DISPOSITA.

Ann. Epochae Christi CCCXII.

Initium Indictionum *Constantinianarum* d. 24. Septembris; *Graecarum* d. I. Septembris; *Pontificiarum* d. 25. Decembris.

Ann. Christi 314. *Indict. II.*

1. Febr. Initium sedis SYLVESTRI II. PP.]

Ann. Chr. 315. *Indict. III.*

1) CONSTANTINI M. Imp. Donatio Syluestro Vrbis Romae Episc. & Papae, atque omnibus eius successoribus, qui in sede B. Petri vsque in finem seculi successuri sunt, facta. Datum Romae
30. Mart. sub III. die Kalend. April. Fl. Constantino Aug. quater & Gallicano Viris clariss. Consulibus.

CONCILIOR. *Collect. Reg. T. II. p.* 132.
ROVSSET *Suppl. au Corps Dipl. T. I. P. I. p.* 1.
LVNIG. *Spicil. Eccl. Contin. p.* 151.

2) Eiusd. donationis aliud exemplar seu fragmentum ex Balsamonis in Photii Nomocanonem Commentariis ad tit. 8. cap. 1. & secundum Henr. Agylaei interpretationem.

BIBLIOTH. *Iur. Canon. Vet. T. II. ex Biblioth. Christoph. Iustelli p.* 929. (Graec. & Lat.)
ROVSSET *Suppl. au Corps Dipl. T. I. P. I. p.* 4. (Latine)

3) Excerpta ex eadem Donatione CONSTANTINI M. secundum Gratiani Decretum *part. I. Distinct.* 96. C. 14.

ROVSSET *ibid. p.* 5.

Ann. Chr. 375. *Indict. III.*

17. Nou. Finis imperii VALENTINIANI I.]

VALENTINIANI maioris, Imp. Aug. Priuilegium Archiepiscopo Rauennati, eiusque eccle-
10. Ian. siae indultum. Dat. IV. Id. Ianuar. Rau.

VGHELL. *Ital. Sacr. edit. Coleti T. II. p.* 332.

Ann. Chr. 407. *Indict. V.*

ARCADII Imp. Aug. Priuilegium ciuitati Messanensi concessum s. d. & c. (a. 407.)

LVNIG. *Cod. Ital. Dipl. T. IV. p.* 393.

Ann. Chr. 417. *Indict. XV.*

[Initium sedis ZOZIMI PP. 19. Aug.

ZOZIMI PP. litterae ad Episcopos Galliarum & septem prouinciarum de Priuilegiis Arelatensis eccl. seruandis. Data XI. Kal. April. 20. Mart.
Honorio Aug. X. & Constantino. (a. 417.)

SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 135. (Ex MS. Cod. Authoritatum Rom. Pontif. & Imperatorum)

Ann. Chr. 418. *Indict. I.*

HONORII & THEODOSII Augg. Rescriptum ad Praefect. Galliar. de agendo quotannis conuentu Arelate. Data XV. Kal. Maii; accepta 17. April.
Arelate X. Kal. Iunias. Honorio XII. & Theodosio (VIII.) (a. 418.)

SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 138. (Ex MS. Cod. Arelat.)

Ann. Chr. 421. *Indict. IV.*

THEODOSII II. Imp. Aug. Priuilegium erectionis Studii generalis siue Academiae in ciuitate Bononiensi. s. d. & c. (a. 421.)

LVNIG. *Cod. Ital. Dipl. T. IV. p.* 1.

Ann. Chr. 433. *Indict. I.*

DEBONIS Auenionens. Episc. Consecratio Ec-

clesiae S. Pauli a se restitutae. Actum a. d. 433.
SAMMARTH. *Gall. Christ. T. I. Instrum. p.* 137.

Ann. Chr. 440. *Indict. VIII.*

10. Mai. Initium sedis S. LEONIS I. Magni PP.]

Ann. Chr. 445. *Indict. XIII.*

VALENTINIANI III. Rescriptum ad AEtium, Magistrum militiae in Galliis, aduersus Hila-
6. Iun. riom Episcop. Arelat. Dat. VIII. Idus Iunii Romae Valentiniano Aug. VI. conf. (a. 445.)
SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 144.
(Nouellae Valentin. inter nouellas Theodos. post Cod. Theodos. *tit. 24. de Episc. ord.*)

Ann. Chr. 447. *Indict. XV.*

LEONIS I. PP. Epistola ad vniuersos episcopos per Siciliam constitutos de rebus ecclesiae non
22. Oct. alienandis. Dat. XI. calend. Nouembr. Alipio V. C. Conf. (*pontific. a* 8. *d.* 20. *Oct. a. d.* 447.)
MAGN. BVLLAR. *Rom. T. I. p.* 6.

Ann. Chr. 449. *Indict. II.*

LEONIS PP. Litterae ad Rauennium Episc. Arelat. quibus Primatum Arelatensis ecclesiae
25. Aug. confirmat. Data sub die VIII. Kal. Sept. Asterio & Protogene Coss. (a. 449.)
SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 155.
(Ex MS. Cod. Arelat.)

Ann. Chr. 450. *Indict. III.*

1) Preces seu Litterae ab vniuersis Episcopis Galliae ad LEONEM I. PP. missae. sine d. & a.
BARON. *ad a.* 450.
SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 156.
(Ex Cod. MS. Arel.)
5. Maii. 2) LEONIS I. PP. Epistola ad quosdam Episcopos Galliae. Dat. III. Non. Maii, Valentiniano Aug. VII. & Abieno V. V. Conf. Baron. ad a. 450.
SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menk. T. I. p.* 158.

Ann. Chr. 452. *Indict. V.*

21. Mart. LEONIS I. PP. Epistola ad S. Synodum apud Chalcedonem habitam. Dat. XII. calend. April. Opilione, viro clariss. Conf.
MAGN. BVLL. *Rom. T. I. p.* 6.

Ann. Chr. 453. *Indict. VI.*

Charta donationis ab Opilione, Patricio Romanorum factae ecclesiae S. Iustinae de Padua. (circa a. C. 453.)
PEZ. *Cod. Dipl. Epist. P. I. p.* 3. (Ex Archiu. S. Iustinae Patau.)

Ann. Chr. 461. *Indict. XIV.*

11. Apr. Finit sedis S. LEONIS I. Magni PP.]
12. Nou. Initium sedis S. HILARII PP.]

Ann. Chr. 462. *Indict. XV.*

HILARII PP. epistola ad Leontium Archiep.
3. Nou. Arelat. qua primatum Arelatensis Ecclesiae confirmat. Dat. III. Non. Nouembr.
BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 462.
SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 162.
(Ex Cod. MS. Arel.)

Ann. Chr. 464. *Indict. II.*

Praeceptum HILARII Papae de Ecclesia Diensi,
24. Febr. vbi Episcopus indebite a Viennensi Episcopo ordinatus erat. Dat. VI. Kal. Mar. P. C. Basilii V. C. Conf.
BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 464. *n.* 4.
SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 164.

Ann. Chr. 471. *Indict. IX.*

Charta CORNVTIANA; siue Q. THEODOSII V. C. & Inl. & Com. & Magistri vtriusque militiae Charta donationis ecclesiae Cornutianae facta. Subscripta XV. Kal. Maiar. Leone PP. Aug. quart. Probiano V. C. Coss. (*a. Chr.* 471.) 17. Apr.
MABILL. *de Re Dipl. L. VI. p.* 462.
(Ex Suarezio.)

Ann. Chr. 492. *Indict. XV.*

[Init. sedis GELASII I. PP 1. Mart.

Ann. Chr. 494. *Indict. II.*

GELASII PP. Epistola ad Eonium Arelat Episcop. qua Primatus Arelatens. dignitatem confirmat. Dat. X. Kal. Septembr. Asterio & Praesidio V. V. Conf. 23. Aug.
BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 494.
SAXII *Pontific. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 169

Ann. Chr. 495. *Indict. III.*

GELASII I. PP. Constitutio de authoritate Summi Rom. Pontificis, in damnandis a fide Catholica deuiantibus, retractandisque male actis conciliis, & bene gestis approbandis. Dat. ca lend. Februar. Victore V. C. Conf. (*a.* 495.) 1. Febr.
MAGN. BVLL. *Rom. T. I. p.* 7.

Ann. Chr. 496. *Indict. IV.*

[Finis sedis GELASII I. PP. 21. Nou.
THEODORICI Reg. Ital. Epistola ad Chlodovaeum Reg. Francorum, qua eidem de accepta ab Alamannis victoria gratulatur.
CASSIODOR. *Variar. lib. II. ep.* 41.
VOSSVRG. *Histor. T. V. p.* 533.

Ann. Chr. 498. *Indict. VI.*

[Initium sedis SYMMACHI PP. 22. Nou.

Ann. Chr. 499. *Indict. VII.*

SYMMACHI PP. Epistola ad Eonium Arelat. Episc. de ordinandis per singulas vrbes sacerdotibus. Data sub die III. Cal. Nou. P. C. Paul. V. C. 30. Oct.
BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 499.
SAXII *Pontif. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 170.

Ann. Chr. 501. *Indict. IX.*

SYMMACHI PP. Epistola, per quam confert AEpiscopo Laureacensi pallium Archiepiscopale cum legatione vicis Apostolicae in Pannonia & Morauia. (*a.* 501.)
GOLDAST. *de Regn. Bohem. in append. p.* 1.

Ann. Chr. 508. *Indict. I.*

CHLODOVEI Magni diploma pro coenobio Miciacensi apud Aurelianos, s. d. & a. (*circa a.* 508.)
MABILL. *de Re Dipl. L. VI. p.* 463.
EIVSD. *Annal. Bened. T. I. p.* 34.

Ann. Chr. 513. *Indict. VI.*

SYMMACHI PP. Litterae ad vniuersos Episcopos per Gallias consistentes, quibus eos certiores reddit, se Leonis decretum in causa Arelatensium & Viennensium confirmasse. Data Idib. Nouemb. Probo V. con. 13. Nou.
BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 513.
SAXII *Pontific. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 176.

Ann. Chr. 514. *Indict. VII.*

SYMMACHI PP. Epistola ad Caesarium Arel. Episc. super Primatu Arelatensi. Dat. III. Id. Iun. Senatore V. C. Coss. 11. Iun.

BARON.

BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 514.
SAXII *Pontif. Arclat. ap. Menck. T. I.* 484.
19. Iul. Finis fedis SYMMACHI PP.]

Ann. Chr. 520. *Indict. XIII.*

ANSEMVNDI & Ansleabanae charta in gratiam Remilae filiae suae pro conditione parthenonis apud Viennam. Act. anno VIII. regnante Dom. Lothario. (*a.* 520.)

MABILL *de Re Dipl. L. VI. p.* 463. (Ex chartario Viennensi.)

Ann. Chr. 528. *Indict. VI.*

Praeceptum CHILDEBERTI I. Regis pro S. Carilepho. Continet fundationem Anisolensis mo-
20. Ian. nasterii. Datum XIII. calendae Februarii a.
IV. regni nostri. (*a.* 528.)

MARTENE *Vet. Monum. T.* 1. *p.* 1. (Ex chartar. Anisolens. monast.)

Ann. Chr. 535. *Indict. XIII.*

Testamentum S. REMIGII, Remorum A. Episcopi, quo Remensem Ecclesiam heredem instituit. s. d. & a. (*a.* 535. *quo obiit.*)

Io. Iac. PONTAN. *Orig. Franc. lib.* 5. *c.* 3. vbi integrum reperitur.
BARON. *Annal Eccl. ad a.* 499. (mutilum.)
VORBVRG. *Hist. T. V. p.* 535.
LABBEI *Bibl. MSC. T. I. p.* 806.
MIRAEI *Opp. Dipl. T. I. p.* 1.
IDEM *ibid. p.* 636.

Ann. Chr. 536. *Indict. XIV.*

Praeceptum CHILDEBERTI I. R. quo Anisolense monasterium sub sua protectione suscipit. Act. Compendio Palatio a. XII. regni nostri. (*a.* 536.)

MARTENE *Vet. Monum. T. I. p.* 5. (Ex chartar. Anisolens.)

Ann. Chr. 540. *Indict. III.*

27. Iun. Initium fedis VIGILII PP.]

Ann. Chr. 543. *Indict. VI.*

Testamentum B. CAESARII S. Arelat. Eccl. Episcopi. s. die & a. (*a.* 543.)

SAXII *Pontif. Arcl. ap. Menck. T. I. p.* 179.

Ann. Chr. 545. *Indict. VIII.*

1) VIGILII PP. Epistola ad Auxanium Arelat.
Episc. qua ei pallium & vicariae praefecturae in
Galliis potestatem delegat, Childeberto Franc
22. Maii R. consentiente. Dat. XI. Kal. Iunii, Quarto P.
C. Basilii V. C.

BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 545. *n.* 3.
SAXII *Pontif. Arel. ap. Menck. T. I. p.* 186.

2) VIGILII PP. Epistola ad Episcopos Galliarum,
qua certiores eos reddit, se vices suas com
21. Iun. misisse Auxanio Arelat. Episc. Data XI. Kal.
Iulii. Quarto P. C. Basilii V. C.

BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 545. *n.* 8.
SAXII *Pontific. Arelat. ap. Menck. T. I. p.* 187.

Ann. Chr. 546. *Indict. IX.*

1) VIGILII PP. Epistola ad Aurelianum Arelat.
Episc. qua ei Vicariam potestatem in Galliis de
22. Aug. legat. Dat. XI. Kal. Sept Quinquies post con-
sul Basilii V. C.

BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 546. *n.* 61.
SAXII *Pontific. Arel. ap. Menck. T. I. p.* 190.

2) VIGILII PP. Epistola ad vniuersos Episcopos per Gallias constitutos, qua eos certiores reddit de Vicaria Sedis Apostolicae potestate Arelat. Episcopo commissa. s. die & anno.

BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 546. *n.* 65.
SAXII *Pontific. Arclat. ap. Menck. T. I. p.* 191.

Ann. Chr. 554. *Indict. II.*

CHILDEBERTI R. Constitutio, de abolendis reliquiis idololatriae, & de sacrorum dierum festiuitatibus caste celebrandis. s. die & an. (*circa annum* 554.)

BALVZ. *Capit. Reg. Franc. T. I. p.* 5.
DV BOIS *Hist. Eccl. Paris. T. I. p.* 84.

Ann. Chr. 555. *Indict. III.*

[Finis fedis VIGILII PP. 7. Ian.
[Initium fedis PELAGII PP. 12. Apri

Ann. Chr. 556. *Indict. IV.*

1) PELAGII I. PP. Epistola ad Sapaudum Arela-
tens. Archiep. qua electionem eius vsumque
Pallii confirmat. Dat. III. Non. Febr. a. XI. P. C. 3. Febr.
Basilii V. C.

BARON. *Annal. Eccl. ad a.* 556. *n.* 18.
SAXII *Pontific. Arclat. apud Menck. Scr. Rer. Germ. T. I. p.* 197.

2) PELAGII I. P. Epistola ad Childebertum Reg. Franc. in fauorem Arelatensis Ecclesiae scripta s. die & anno. (*a.* 556.)

BARON *Annal. Eccl. ad a.* 556. *n.* 29.
SAXII *Pontific. Arelat. ap. Menck. Script. Rer. Germ. T. I.*

Ann. Chr. 560. *Indict. VIII.*

1) Edictum vel Constitutio inclyti Principis
CHLOTACHARII Regis super omnem plebem in
conuentu Episcoporum in Synodo Parisius adunata
sub die XV. Kalend. Nouembris a. XXXI. 18. Oct.
suprascripti Regis imperii (*circa a.* 560.)

DV BOIS *Hist Eccl. Paris. T. I. p.* 143.

2) CHLOTARII Regis Constitutio generalis. Data (*circa a* 560.)

BALVZ. *Capitular. R. Franc. T. I. p.* 7.

Ann. Chr. 570. *Indict. III.*

1) Praeceptum CHILPERICI, Chlotarii R. filii, quo Anisolense monast. sub sua protectione suscipit. a. I. regni nostri. (*a.* 570.)

MARTENE *Vet. Monum T. I. p.* 6.

2) Epistola CAESARIAE Arelatensis abbatissae ad Richildem & S. Radegundem, qua pia eis dat monita, mittitque regulam S. Caesarii, atque eas dehortatur a nimia vitae austeritate. (*circa annum* 570.)

MARTENE *Thes. Anecd. T. I. p.* 3.

Ann. Chr. 577. *Indict. X.*

[Initium fedis PELAGII II. PP 11. No

Ann. Chr. 585. *Indict. III.*

Praeceptio GVNTRAMNI Regis ad Episcopos & Iudices regni sui de obseruando die dominico & aliis, edita in confirmatione Concilii II. Matisconensis a. 585.

BALVZ. *Capitul. Reg. Franc. T. I. p.* 9.

Ann. Chr. 587. *Indict. V.*

Pactum pacificationis & partitionis inter GVNT
CHRAMNVM & CHILDEBERTVM RR. Francor. atque
BRVNICHILDEM Reginam in comitiis Andelauen
sibus sancitum. Facta sub die IV. Kalend. De-
cembr. a. XXVI. regni Guntchramni Regis, 27. No
Childeberti vero a. XII. (*a.* 587.

GREGOR. TVRON. *Hist. Francor. lib.* 9. *n.* 20 *col.* 439. *edit. Ruinarti.*

GOLDAST. *Conſtit. imper. T. I. p.* 13.
FAVCHET *Antiq. & Hiſt. Gaul. liu.* 4. *chap.* 16. (Gallice.)
BALVZ. *Capitular. Reg. Franc. T. I. p.* 11.
ROVSSET. *Suppl. au Corps Dipl. T. I. P. I. p.* 6

Ann. Chr. 589. *Indict. VII.*

PELAGII II. PP. Damnatio conciliabuli Conſtantinopolitani III. non iure conuocati a Iohanne Epiſc. CPolitano, vniuerſalis eccleſiae epiſcopi nomen ſibi perperam vindicante. Data
1. Mart. Calend. Martii. Indict. V. (*a. d.* 589.)
MAGN. BVLL. *Rom. T. I. p.* 14.

Ann. Chr. 590. *Indict. VIII.*

9. Febr. Finis ſedis PELAGII II. PP.]
3. Sept. Initium ſedis S. GREGORII I. Magni PP.]

Ann. Christi 593. *Indict. XI.*

Pactus pro tenore pacis CHILDEBERTI & CHLOTARII Regum (*circa annum Chr.* 593.)
BALVZ. *Capitular. Reg. Franc. T. I. p.* 15.

Ann. Chr. 595. *Indict. XIII.*

1) Decretio CHILDEBERTI Regis data circ. a. 595.
BALVZ. *Capitul. Reg. Franc. T. I. p.* 17.
2) Decretio CHLOTARII II. Regis data circa ann. Christi 595.
BALVZ. *Capit. Reg. Franc. T. I. p.* 19.
3) GREGORII I. PP. Epiſtola ad Virgilium Arelatenſ. Archiepiſc. qua eidem Pallium & Praefecturam Gallicanam antiquo more confert.
8. Iun. Data VI. Idus Iunii. Indict. XIII. (*a.* 595.)
GREGOR. *lib IV. Indict. XIII Epiſt.* 50.
SAXII *Pontific. Arelat ap. Menck. Script. Rer. Germ. T. I. p.* 204.
4) GREGORII I. PP. Epiſtola ad Epiſcopos Galliarum, qui ſub regno Childeberti Regis ſunt;
11. Aug. eiusdem argumenti. Data d. XI. M. Aug. Indict. XIII. (*a.* 595.)
GREGOR. *c. l. Epiſt.* 52.
SAXII *Pontif. Arelat. c. l. p.* 207.
5) GREGORII I. PP. Epiſtola ad Childebertum II. Franc. Regem ſuper confirmatione Virgilii Are-
12. Aug. latenſis Epiſcopi. Data die XII. menſis Aug. Indict. XIII. (*a.* 595.)
GREGOR. *c. l. Epiſt.* 53.
SAXII *Pontific. Arelat. c. l. p.* 206.

Ann. Chr. 602. *Indict. V.*

1) Donatio Nizezii cuiusdam, eiusque vxoris, facta monaſterio Moiſiacenſi. Facta menſe
M. Mai. Maio anno VII. regni Theodorici Regis. (*ad an.* 602.)
MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 686. (Ex Archiu. Moiſiac.)
2) S. GREGORII I. PP. Diploma, quo omnia ea rata habet & confirmat, quae Caeſares Rauennati
24. Mart. eccleſiae aliquando donaſſent. Dat. IX. Kalend. April. Romae,
VGHELL. *Ital. Sacr. edit. Coleti T. II. p.* 339.

Ann. Chr. 604. *Indict. VII.*

12. Mart. Finis ſedis S. GREGORII I Magni PP.]

Ann. Chr. 608. *Indict. XI.*

Praeceptum THEODORICI R. Gothor. aduerſus
11. Mart. alienantes res eccleſiaſticas. Dat. V. Idus Mart. Rauennae Venantio V. C. conſule (*i. e. a.* 608.)
MARTENE *Theſ. Anecd. T. I. p.* 1. (Ex MSC. Morbac.)

Ann. Chr. 613. *Indict. I.*

DAGOBERTI Regis Documentum fundationis monaſterii Haſlacenſis. Act. a. d. 613. menſe 16 April
Aprili die XVI.
VORBVRG, *Hiſt. T. VIII. p.* 237.

Ann. Chr. 615. *Indict. III.*

Edictum CHLOTARII II. Reg. in Concilio Pariſienſi V. ſub die XV. Kal. Nouembr. a. XXXI 18. Oct.
ſuprascripti Regis imperii (*a.* 615.)
BALVZ. *Capit. Reg. Franc. T. I. p.* 21.

Ann. Chr. 623. *Indict. XI.*

Charta DAGOBERTI I. R. pro monaſterio Weiſ-
ſemburgenſi. Dat. ſub die XI. Aug. anno ſe- 11. Aug.
cundo regni noſtri. (*a.* 623.)
LAGVILLE *Hiſt. d' Alſ. Pr. p.* 2. (Ex Dagoberto Iodoci Coccii p. 171.)

Ann. Chr. 625. *Indict. XIII.*

1) Traité d' alliance ou Priuilege du Prophete MAHOMET pour les Chretiens habitans de ſon Païs, par lequel il promet de les proteger & defendre eux, leurs Temples, Chapelles, & autres lieux & Biens contre leurs ennemis, tant ceux du dedans, que ceux du dehors. Fait le dernier jour de la Lune du quatrieme mois l' an
IV. de l' Hegyre. (*a. Chr.* 625. *d.* 6 *Oct.*) 6. Oct.
RICAVT *Hiſt. de l' etat de l' Empire Ottoman. liu.* 2. *chap.* 2.
DRIESCHII *Hiſt. Legationis Caeſareae Virmontii lib.* 4. *p.* 395.
ROVSSET *Suppl. au Corps Diplom. T. I. P. I p.* 7.
2) LONEGISILI teſtamentum pro monaſterio Bu-
xiaci. Act Sagonna mallo publico. Dat. VIII. 24. Nou.
Kalend. Decembr. anno XLII. (*non. LII.*) regnante Chlotario Rege. (*a.* 625.)
MABILL. *Analect. T. III.*
EIVSD. *Annal. Bened. T. I. p.* 330.

Ann. Chr. 628. *Indict. I.*

[Finis regni CHLOTARII II. P. CHILPERICI I. 28. Sept.
1) Praeceptum CHLOTARII II. Regis pro monaſterio S. Dionyſii ſ. d. & a. - - noſtri Stirpiniaco.
MABILLON. *Annal. Bened. T. I. p.* 685. (Ex Authentico in charta Aegyptiaca.)
2) DAGOBERTI I. Regis Praeceptum pro monaſterio S. Dionyſii. Datum dies XV. anno X. regni noſtri, Clypiaco (*ad a.* 628.)
MABILL. *Annal. Bened. p.* 685.
IDEM *de Re Dipl. lib. VI. p.* 465.
3) Diploma DAGOBERTI I. Reg. pro monaſterio S. Dionyſii ſ. d. & a. (*ad a.* 628.)
MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 685.

Ann. Chr. 630. *Indict. III.*

1) DAGOBERTI I. Francor. Reg. Diploma, quo mercatum conſtituit in oppido S. Dionyſii prop
Luteciam Pariſiorum. Dat. die III. Kal 30. Iul.
Auguſti anno II. regni Dagoberti; Compendio (*a.* 630.)
MAB. *Opp. Dipl. T. I. p.* 242.
2) DAGOBERTI I. Reg. Praeceptum ad Epiſcopos & duces Galliarum pro Deſiderio Cadurcen.
Epiſc. Dat. ſub die Idus April. anno VIII. Da- 13. Apr
goberti Regis (*circa a.* 630.)
LABB. *Bibl. MSC. T. I. p.* 703.
BALVZ. *Capit. Reg. Franc. T. I. p.* 141.
3) Indiculus eiusd. DAGOBERTI I. Reg. ad Sulpitium Epiſc. pro Deſiderio Theſaurario ſuo Cadurcenſi eccleſiae praeficiendo.
LABB. *Bibl. MSC. T. I. p.* 703.
BALVZ. *Capit. Reg. Franc. T. I. p.* 141.

Ann.

Ann. Chr. 632. Indict. V.

SIGEBERTVS III. R. Austr. appellatur a patre Dagoberto I.

1) Pactio seu commensuratio & commutatio aliquot praediorum, quae ad Theudilanam matronam pertinebant in pago Lemouicino cum Maurino & Audegiselo Opnmatibus. Act. d. XII.
20, Iun Kal. Iulii anno IV. regni Dom. nostri Dagoberti regis. (a. 632.)

MABILL. de Re Dipl. L. VI. p. 464.

2) DAGOBERTI I. Regis Praeceptum pro ecclesia Treuirensi. (a. 632.)

CALMET. Hist. de Lorr. T. I. Preuu. p. 250.

LVNIG. Spicil. Eccl. I. Theils Forts. p. 192.

Ann. Chr. 633. Indict. VI.

DAGOBERTI I. Franc. Reg. Diploma, quo monast. S. Maximini apud Treueros praediis ac pri-
4. April. vilegiis auget. Act. prid. Non. Apr. a. regni XII. Moguntiae.

MIR. Opp. Dipl. T. I. p. 124.

CALMET. Hist. de Lorraine T. I. Preuu. p. 251.

LVNIG. Spic. Eccl. I. Theil. Forts. p. 254.

Ann. Chr. 634. Indict. VII.

PALLADII Episcopi Autissiodorensis charta pro fundatione monasterii S. Iuliani Autissiodorensis.

MABILL. de Re Dipl. VI. p. 465. (Ex archiuis eiusdem parthen.)

Ann. Chr. 635. Indict. VIII.

22. Apr. CLODOVAEVS II. Rex Neustr. & Burg. appellatur a patre Dagoberto I.

1) Charta AILEHILDIS, qua continetur fundatio monasterii Virginum Moguntini, quod nunc zum Hohenmünster vocatur. Act. Moguntiae regnante Clodoveo Rege a. XIV. ad d. 635.
1. Maii. Indict. X. Kal. Miii feria V.

ECCARD de reb. Franc. Orient. T. I. p. 221.

SERRAR. Rer. Mogunt. lib. II. c. 32. edit. Ioann. p. 182.

2) DAGOBERTI I. Diploma pro monasterio Resbacensi. Dat. sub die Kal. Octobr. XIIII. re-
1. Oct. gni eius. (ad ann. 635.)

MABILL. Annal. Bened. T. I. p. 687.

Ann. Chr. 638. Indict. XI.

1) Praeceptio CHLODOVAEI (iunioris) Regis, de Fossatensi monasterio. Data anno I. regni nostri (a. 638.)

DV BOIS Hist. Eccl. Paris. T. I. p. 171.

2) DAGOBERTI Francor. Reg. Diploma, quo S. Amando, Traiectensi ad Mosam Episcopo donat fundum inter Scarpum & Elnonem fluuios, in Tornacensi dioecesi situm, ad aedificandum
. Maii. monasterium. Datum Kalend. Maii. Ind. XI. anno regni XI. Act. Parisius ciuitate. (538.)

MIR. Opp. Dipl. T. I. p. 123.

LVNIG. Spicil. Eccl. II. Theil. p. 480.

3) DAGOBERTI I. Franc. Reg. Confirmatio possessionum Ecclesiae Metropolitanae Treuerensis. (sine die & anno.)

MIR. Opp. Dipl. T. I. p. 242.

Ann. Chr. 640. Indict. XIII.

1) Diploma DAGOBERTI I. Regis, quo beneficia quaedam largitur Cathedrali ecclesiae Cameracen-
15. Apr. si. Dat. Kamaraci XVII. Kal. Maias a. d. 640. Indict. XIII.

MIRAEI Oper. Dipl. T. III. p. 1. (Ex Archiu. abbat. S. Aoberti.)

2) DAGOBERTI I. Donatio Praedii Wallare f. Waslare in sylua Fania S. Landelino facta, ad exstruendum ibi Monasterium; Dat. Cameraci, 16. Apr.
16. Kal. Maii a. 640. Ind. 13.

MIR. Opp Dipl. T. I. p. 489.

3) Donatio BLIDEGISILI, Diaconi Parisiensis ad fundationem monasterii Fossatensis. Act. Pa- 7. Maii.
risius sub die Nonarum Maiarum a. III. regnante Clodovaeo Rege. (a. 640.)

DV BOIS Hist. Eccl. Paris. T. I. p. 172.)

4) SIGEBERTI III. Franc. Reg. fundatio monasterii Casaguidinensis in ducatu Luxemburgensi. (s. d. & a.) (circa a. 640.)

MIR. Oper. Dipl. T. III. p. 1. (Ex Archiu. abb. S. Huberti)

Ann. Chr. 641. Indict. XIV.

1) IOHANNIS IV. PP. Priuilegium exemtionis & tuitionis papalis pro monasterio Montis S. Romarici. (a. 641.)

CALMET. Hist. de Lorr. T. I. Preuues p. 253.

2) IOHANNIS V. PP. priuilegium pro monasterio Luxouiensi s. d. & a. (ad a. 641.)

MABILL. Annal. Bened. T. I. p. 689. (Ex chartar. Deruensi.)

3) IOHANNIS Papae IV. priuilegium pro sanctimonialibus cuiusdam coenobii beatae Mariae in Gallia. (ad a. 641.)

MABILL. Annal. Bened. T. I. p. 687.

[Finis sedis IOHANNIS IV. PP 12. Oct.

Ann. Chr. 642. Indict. XV.

1) S. AVTBERTVS Cameracensis Episcopus Praedium Wallare seu Waslare, Monasterio exstruendo destinatum, in suam protectionem suscipit Act. Castri loco, a. 642. Ind. XV. regni Dagoberti a. XIII. Sigiberti Filii eiusdem regis IV.

MIR. Opp. Dipl. T. I. p. 490.

2) Diploma, quo DAGOBERTVS Rex maiorum dona, possessionesque ecclesiae Treuirensi constabilit. s. d. & a. a. 643.)

BRUWER Annal. Treuir. T. I. p. 351.

Ann. Chr. 648. Indict. VI.

1) SIGIBERTI III. Reg. Franc. fundatio monasterii Cafecunguidini in Arduenna. silua (nunc Cugnon en Ardenne) (a. 648.)

BOLLAND. 1. Febr. p. 234.

MABILL. Annal. Bened. T. I. p. 403.

CALMET Hist. de Lorraine T. I. Preuues p. 257.

2) Diploma SIGEBERTI III. Regis de fundatione monasterii Casegonguidinensis, cuius primus abbas instituitur S. Remaclus (cc. a. 648.)

MARTENE Vet. monum. T. II. p. 6. (Ex Chartar. Stabulensi & MSC. Malmundariensi.

Ann. Chr. 649. Indict. VII.

[Initium sedis S. MARTINI PP 1. Iulii.

Ann. Chr. 650. Indict. VIII.

1) SIGEBERTI III. Reg. Epistola ad Desiderium Episc. Cadurcens. Quod synodale concilium celebrari non debeat in regno absque permissu Regia. Data cc. a. 650.

BALVZ. Capit. Reg. Franc. T. I. p. 143.

2) Charta, qua GRIMOALDVS Dux & Maior Domus Sigeberti Francorum Regis, S. Remaclo Traiectensi ad Mosam Episcopo donat villam Germiniacum, in dotem abbatiae Stabulensis. s. d. & a. (cc. a. 650)

MIRAEI Opp. Dipl. T. III. p. 281.

Ann. Chr. 651. Indict. IX.

1) S. MARTINI Papae & Martyris Priuilegium libertatis & immunitatis Monasterio Blandinensi

ensi (quod hodie S. Petri dicitur, & Benedi-
ctinorum Abbatia iuxta Gaudauum est) conces-
sum; postulante S. Amando Tungrensi seu
19. Ian. Traiectensi ad Mosam Episcopo. Dat. circa
a. 651. XIV. Kal. Febr.

MIR. *Opp. Dipl. T. I. p.* 333.

2) S. MARTINI Papae Priuilegium Libertatis &
Immunitatis datum Monasterio Elnonensi in
Diöcesi Tornacensi (quod hodie Benedictino-
rum Abbatia S. Amandi dicitur) petente S.
19. Ian. Amando Traiectensi ad Mosam Episcopo. Dat.
circa *a.* 651. d. 14. Kal. Febr.

MIR. *Opp. Dipl. T. I. p.* 334.

3) Exemplar praecepti SIGIBERTI III. Regis dati
S. Remaclo, de foreste in circuitu monasterio-
rum. *f. d. & a.* (*cc. a.* 651.)

MARTENE *Vet. Monum. T. II. p.* 6.

4) Diploma Sigiberti III. Regis concessum S.
Remaclo episcopo & abbati Stabulensi; quo ad
primariam monasterii fundationem quaedam ad-
dit vectigialia. (*a.* 651.)

MARTENE *Vet. Monum. T. II. p.* 7.

Ann. Chr. 652. *Indict. X.*

1) Charta, qua ADALSINDA Abbatissa omnia sui
monasterii confert Besuensi. Actum publice
Fonte-Besua monasterio a. D. 652. Indict. X.
M. Fabr. Epacta VI. die mercurii proximo ante medium
mensis Februarii.

CHRON. BESVENSE *ap.* ACHER. *Spicil. T. II. p.* 402.

2) Priuilegium libertatis a Landerico Parisior.
Episc. monasterio S. Dionysii indultum. Fact.
1. Iul. sub die Kal. Iulii a. XV. regnante Cludouico
gloriosissimo rege. (*a* 652.)

BALVZ. *Capitul Reg. Franc. T. II. p.* 867.

DV BOIS *Hist. Eccl. Paris. T. I. p.* 180.

Ann. Chr. 653. *Indict. XI.*

1) Diploma SIGEBERTI Regis, quo ecclesiae Tre-
uirensi veteres possessiones confirmat, & ablatas
15. Maii. reuocari iubet. Dat. Aquisgrani Idibus Maii.
a. d. 653.

BROWER. *Annal. Treuir. T. I. p.* 354.

CALMET *Hist. de Lorr. T. I. Preuu. p.* 257.

2) CHLODOVEI iunioris Diploma, quo monaste-
22. Iun. rii S. Dionysii libertatem confirmat. Datum
sub die X. Kal. Iulias an. XVI. regni nostri Cli-
piaco (*a.* 653.)

MABILL. *de Re Dipl. p.* 466. (Ex Autogra-
grapho Corticeo.)

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 686.

DV BOIS *Hist. Eccl. Paris. T. I. p.* 188.

3) Altera praecedentis Diplomatis editio Sir-
mondi siue: Praeceptum CLODOVAEI II. Regis
22. Iun. de libertate monasterii sancti Dionysii. Data
sub die X. Kalendas Iulii anno XVI. regni no-
stri, Clipiaco. (*a.* 653.)

DV BOIS *Hist. Eccl. Paris. ibid.*

4) Praeceptum quod fecit S. Annemundus pro
monasterio S. Petri Puellis Lugduno ciuitate.
f. d. & a. (*ad a.* 653.)

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 690. (Ex Ar-
chiu. S. Petri Lugdun.)

Ann. Chr. 654. *Indict. XII.*

Fundatio Abbatiae Sithiensis. Fact. VIII. Id.
6. Sept. Sept. a. Clodouaei reg. XI: Act. Ascio, villa domi-
nica. (*a. D.* 654.)

MIR. *Op. Dipl. T. I. p.* 7.

Ann. Chr. 656. *Indict. XIV.*

1. Febr. [Moritur SIGEBERTVS III. R. Austr. F. Dagoberti I.]

* * *

Diplomata incerti anni.

1) SIGIBERTI III. Reg. Francor. Praeceptum su-
per confirmatione & immunitate monasterii Sta-
bulaus seu Malmundarium. (*f. d. & a.*)

FISEN *Hist. Leod. T. I. p.* 68.

LVNIG *Spicil. Eccl. III. Theil. p.* 180.

EIVSD. *Spicil. Eccl. Contin. p.* 1061.

2) SIGIBERTI III. Reg. Francor. praeceptum, quo
monasterio Stabulensi & Malmundariensi telo-
nium ad portum Vetraria super fluuio Tannu-
co largitur. (*f. d. & a.*)

FISEN *Hist. Leod. p.* 68.

LVNIG *Spicil. Eccl. III. Th. p.* 181.

EIVSD. *Spicil. Eccl Contin. p.* 1061.

3) WIDERICI Com. eiusque vxoris Berthae, fun-
datio abbatiae monialium Hasteriae, in comi-
tatu Namurcensi. Actum Mettis a. d. 656. In
dict. XIV. regnante Sigiberto filio Dagoberti Re
gis, in ipso anno, quo obiit S. Gertrudis.

MIR. *Opp. Dipl. T. III. p.* 2. (Ex Gramm.
Antiq. Namurc.)

[Finis regni CLODOVAEI II. F. Dagoberti I. p. 22. Iul.
[Initium regni CLOTARII III. F. Clodouaei II.

4) Charta, qua Aldafinda abbatissa Dornatia-
cum coenobium donat monasterio Besuensi.
Chlotario rege regnante in Francia, primo anno
regni eius, die Mercurii proximo ante medium
mensis Februarii. (*a.* 656.) M. Febr

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 442.

Ann. Chr. 658. *Indict. I.*

1) Epistola Sichelmi Ducis transmissa Maiori-
bus Palatii. Data Kal. Octobr. pro obtinendo M. Aug.
Praecepto regio sequenti.

2) Praeceptum CLOTARII III. Regis quo confir-
mat cuncta Besuensi collata monasterio. Dat.
mense Augusto a. D. 658. Ind. I. anno regni
Clotarii VIII. Actum Nemauso.

CHRON. BESVENSE *ap. Acher. Spicil. T. II. p.* 402. 26. Aug.

3) Emmonis priuilegium pro monasterio S. Co-
lumbae. Dat. sub die VII. Kalend. Septembr.
anno III. regnante Chlotario rege (*a.* 658.)

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p* 448.

Ann. Chr. 660. *Indict. III.*

CHILDERICVS II, F. Chlodouaei II. R. Austrasiae sub tu-
tela matris Innichildis.

1) CLOTACHARII Reg. Franc. charta commutatio- 23. Apr.
nis villarum inter B. Bertinum Abbatem de Sit-
thiu & Mummolenum Episc. Nouiomansem.
Act. sub die Kal. Fabruar. a. VI. regni nostri
Crisciaco palatio. (*a. chr.* 660.)

MABILL. *de R. D. Lib. VI. p.* 605.

MIR. *Opp. Dipl. T. II. p.* 825.

2) Diploma CHILDERICI II. Franc. Reg. quo be
nefacit abbatiae de Sithiu seu Bertinianae. Da- 1. Febr.
tum quando fecit. Aprilis dies XXIII. anno I.
regni nostri, Crisciaco palatio. (*a.* 660.)

MIR. *Opp. Dipl. T. II. p.* 929. (Ex Mabill.
de R. D.)

Ann. Chr. 661. *Indict. IV.*

1) S. AMANDI Tungrensis Episcopi epistola,
seu codicillus de sepultura sui corporis. Fact. in
monast. Elnone, Theodor. Reg. a. II. XV. Kal. 17. Apr.
Maii (*a.* 661.)

MIR. *Opp. Dipl. T. I. p.* 8.

2) CHILDERICI II. Regis Diploma fundationis
monasterii Senonensis. *f. d. & a.* (*a.* 661.)

CALMET *Hist. de Lorraine T. I. Preuues p.* 257.

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 692. (Ex Ar-
chiuo Senoniensi.)

3) CHILDERICI II. Franc. Reg. Diploma quo S. Amando Traiectensi ad Mosam Episcopo donat villam Barisiacum, in agro Laudunensi sitam. Data sob die Kal. Aug. a. II. regnante Childerico R. (*a.* 661.)

LVNIG. *Spicil. Eccl. II. Theil. p.* 481.

MIRAEI *Opp. Dipl. T. I. p.* 125.

Ann. Chr. 662. *Indict. V.*

1) Priuilegium Regis TAGEBERTI super tribus curtibus in Robiaco, & in Bischouisheim & in Species, monasterio B. Mariae Argentinensi concessum. Act. IV. Nou. April. luna VII. a. d. 662.
9. Apr. Indict. V. regnante Tageberto rege a. XXXII. regni sui.

VORBVRG. *Hist. T. VIII. p.* 231.

LAGVIL. *Hist. d' Alsace. Preuu. p.* 3. (Ex Coceii Dagoberto.)

2) CLOTARII III. Regis Praeceptum de Fundatione & immunitate Monasterii Corbeiensis, Ord. S. Bened. in Gallia, scriptum circa *a.* 662.

MIR. *Opp. Dipl. T. I. p.* 638.

Ann. Chr. 663. *Indict. VI.*

Decretum CHLOTARII III. Regis in caosa ab-
24. Oct. batis S. Benigni Diuionensis sub die IX. Kal. Nou. in anno VIII. regnante Domino nostro. (*a.* 663.)

BALVZ *Capitul. Reg. Franc. T. II. p.* 909. (Ex Chron. Diuion.)

Ann. Chr. 664. *Indict. VII.*

Excerptum ex Priuilegio libertatis, quod Monasterio Corbeiensi Berthefridus Episc. Am-
6. Sept. bianensis concessit. a. 664. d. VIII. Id. Sept. Clotarii Regis a. 7. Captonnaco in palatio regio.

MIR. *Opp. Dipl. T. I. p.* 639.

Ann. Chr. 665. *Indict. VIII.*

Praeceptum HILDERICI Regis, quo S. Remaclo confirmat factam forestae donationem, cuius mediam partem monachi sponta reddide-
6. Sept. runt. Data quod fecit mense Septembri die VI. anno VIII. imperii. (*a.* 665.)

MARTENE *Vet. Monum. T. II. p.* 10.

Ann. Chr. 667. *Indict. X.*

S. Huntberti Maricolens. in Hannonia Abbatis donatio facta in fauorem Ecclesiae Maricolensis. Act. Maricolis. (*cc. a.* 667.)

MIR. *Opp. Dipl. T. I. p.* 9.

Ann. Chr. 670. *Indict. XIII.*

post M. Iulium. [Finis Regni CHLOTARII III. R. Neustr.]

1) CHROTHILDIS matronae charta de conditione monasterii B. Mariae apud Brogarias in pago Stampensi, in quo neptem suam Mummulam constituit Abbatissam. Dat. Marlacas vico pu-
10. Mart. blico quod fecit minsis Marcius dies decim anno XVI. regni Dom. nostri Chlotacharii gloriosissimi regis. (*a.* 670.)

MABIL. *de Re Dipl. L. VI. p.* 468. (Ex autogr. Dionysiano.)

2) CHLOTARII III. praeceptum pro monasterio S. Dionysii aduersus Beracharium episcopum. *s. d. & a.* (*ad a.* 670.)

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 693. (Ex Authentico.)

3) Aliud eiusdem regis praeceptum pro eodem monasterio. - - a. rigni nostri terelo. (*a.* 670.)

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 693. (Ex Authentico.)

4) Testamentum VIGILII Episcopi, seu charta fundationis Beatae Mariae Parthenonis extra portam vrbis Autissiodorensis. *s. d. & a.* (*a.* 670.)

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 694.

Ann. Chr. 671. *Indict. XIV.*

1) Testamentum S. LEODEGARII Episcopi Augustidunensis & Martyris scriptum in faoorem Ecclesiae suae Cathedralis. Dat. a. 671. regni Theodorici a. 3.

MIR. *Opp. Dipl. T. I. p.* 335.

2) Priuilegium NVMERIANI AEp. Treuirens. pro monasterio S. Deodati. (*a.* 671.)

MABILL. *Annal. Bened. T. I. p.* 696.

CALMET *Hist. de Lorr. T. I. Preuu. p.* 259.

Ann. Chr. 672. *Indict. XV.*

1) Diploma CHILDERICI II. Reg. Francor. quo Valedio Abbati Sancti Gregorii Monasteriensis in Alsaria quaedam ad fiscum pertinentia coo cessit. Datum sub die IV. quod fecit mensis 4. Mart.
Martius Anno XII. (al. XIII.) regni nostri. (*i. e. a.* 672.)

BEL HOMME *Hist. Mediani Monast. p.* 13.

LAGVILLE *Hist. d' Alsace Preuu. p.* 3.

LVNIG. *Spicil. Eccl. Contin. p.* 1095.

2) Charta, qua CHILDERICVS II. Franc. Rex fundationem abbatiarum Stabulensis ac Malmundariensis, a Rege Sigiberto, auunculo suo institutam, laudat ac confirmat. Data quando fecit mensis septembris dies VI. anno VIII. re- 6. Sept.
gni Childerici Regis Traiecto. (*a.* 672.)

MIRAEI *Opp. Dipl. T. III. p.* 282. (Ex Henschenio de tribus Dagobertis.)

3) CHILDERICI II. Regis praeceptum de Stabulensis seu Malmundariensis monasterii immunitate, neue alius, quam de grege eligatur abbas. Da- M. Iul.
ta quod fecit mensis Iulius . . . .

MARTENE *Vet. Monum. T. II. p.* 17.

Ann. Chr. 673. *Indict. I.*

M. Mart. [Finis regni CHILDERICI II. Monarchae Franc.

1) Diploma HILDRICI R. Franc. quo villam Germiniacum S. Remaclo a Sigeberto Rege, patruo suo, concessam confirmat. (*a.* 673.)

MARTENE *Vet. Monum. T. II. p.* 9.

[THEODORICVS III. F. Clodouaei II. R. Neustr. & Burg.

